

§. 3. II. Effectus

Creditor jure à domino concessio (non proprio) *dominium*, vel jus debitoris in re pignerata, per traditionem *transfert* in Emptorem irrevocabiliter, h. e. ita ut debitor luere non possit, nisi alii Creditori ejusdem debitoris vendita sit.

Casus 1. Si tertius aliquis rem evincat, vendens Creditor non tenetur de evictione.

Emptor autem habet

vel actionem utilem ex empto contra debitorem.

vel cessam à Creditore actionem pigneratitiam contrariam.

2. Si Creditor jure non potuit vendere, nihil agitur.

Debitor rem à poss. vindicat, nisi sit usucapta.

Sin mala fide, vel non solenniter, distraxit,

Creditor tenetur pigneratitiâ ad interesse:

Emptor, fraudis particeps, utiliter ex empto tenetur oblatâ pecuniâ cum usuris rem cum fructibus restituere.

3. Si pignus Emptorem non inveniatur, factâ denuò denunciatione Creditor à Principe rem jure Domini habendam impetrat.

Potest tamen intra biennium redimî.

Si hoc casu post evincatur, Creditor utiliter ex empto agit, (quasi in solutum acceperit.)

§. 4. Posteriori Casu idem tenet quod sequitur.

§. 5. II. Quoad Pignus judiciale (prætorium vide supra Tit. I.)

1. Debitori damnato 4. menses ad solutionem conceduntur.

2. Post, pignora capiuntur, & 2. menses expectatur.

3. Tunc exsecutor pignus sub hasta vendit, in defectu aliûs, ipsi Creditori. Qui si nolit emere, in possessionem mittitur, & tandem ipsi Dominium addicitur. Superfluum restituet.